



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLXXXII. Markgraf Ludwig nimmt Gebhard von Alvensleben mit dem
Schlosse Clötze in seinen besonderen Schutz und zu seinem Beistande an,
den 25. und 28. Mai 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

oder die vns, von gedingnisse oder van geuanghen, in dessen orloye, dat wi hebben mit dem Hertogen van Brunfwig, allerst worden oder geuallen mogen. In cuius etc. Datum Sehufen.

Nach Ludwig, Reliq. Dipl. VII, S. 70.

DCCLXXXII. Markgraf Ludwig nimmt Gebhard von Alvensleben mit dem Schlosse Clötze in seinen besondern Schutze und zu seinem Beistande an, den 25. und 28. Mai 1343.

Anno quo supra (M^o. CCC^o. XLIII^o.) seria quarta in penthecoste, Nouerint etc. quod nos etc. considerata & preensa fidelitate strenui militis, sincere nobis dilecti, Geuehardi de Aluensleue, ipsum cum castro suo dicto Clötz cum singulis & vniuersis bonis, ad id ex iure pertinentibus, in nostre defensionis & tuicionis recepimus & presentibus recipimus presidium singulare, volentes ipsum contra quemlibet vel quolibet inuafores cuiuscunque status vel condicionis fuerint illicitos & uiolentos, iniuriam & violenciam inferre sibi volentes, pro suis iuribus, quorum posse plenum habemus & habere volumus & quorum omnimodam facultatem nobis reseruamus, dum per ipsum uel ipsius nomine notorie requisiti fuerimus, defendere, Addicientes, quod si castrum prenotatum occasione & nomine nostri amitti vel perdi, quod absit, contingeret; ex tunc ad solucionem siue restauracionem castri prenotati secundum estimacionem quatuor virorum ydoneorum, duos ex consilio nostro ceterosque ex amicis suis, de quibus super eo fiduciam gesserit, assumendorum, sibi suisque veris & legitimis heredibus tenebimur & volumus obligari. Ceterum si castrum prenotatum obsedi vel circumvallari vel cum ceteris nouis structuris vel castris ipsi preiudicialibus preedificari, quod eciam absit, contingeret; ex tunc dictum castrum quoad obfessionem vel circumvallacionem infra vnus mensis a die notificacionis nobis facte spacium & quoad preedificacionem municionum preiudicialium, prenotato castro factarum, in spacio quartalis vnus anni absolueri & liberare tenebimur & tenemur. Volumus eciam rixarum & dissensionum nostrarum temporibus, si quas inierimus, bonis suis quibuscunque, que nostri depactata fuerint nomine, paria & similia bona hostibus & emulis nostris, a quibus depactatus fuerit, pertinencia deputare & sine diminucione qualibet assignare. Premissorum igitur consideracione promisit idem geuehardus de Aluensleue, debeat & tenebitur nobis et heredibus nostris cum castro Clötz prenotato contra quolibet, cuiuscunque condicionis fuerint, dum et quotiens per nos et officiatos nostros requisitus fuerit, parere, intendere condicionibus quibuscunque quiescentibus fideliter obedire. In cuius etc. Testes dux de Decka, Guntherus comes de Swarczburg, Henricus de Ryfach curie nostre magister, Johannes de buch, Otto de Helbe, milites. Gericus wolf, Marquardus Loterbeck, henningus de knyzzebeck cum ceteris. Datum Sehufen, anno quo supra, in die vrbani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. LXXXI. — Waltherr, Singularia Magd. VII, 78. — Ludwig, Reliq. VII, 70 — 72.